

1631.

1309 d. 15 Aug.

Grenna.

Biskopen i Linköping, CARLS upplåtelsebref till Abbedissan Katarina i Wreta, under hennes lifstid, på Biskopstionden af klostrets församling.

A. 3. t.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, KAROLUS dei gracia Episcopus lincensis salutem in domino sempiternam Tenore presencium volumus omnibus elucere quod nos dilectis filiabus domine abbatisse et sanctimonialibus de claustro wretum decimas nostras episcopales de parochia ipsarum ad dies domine katerine abbatisse nunc regentis quam diu ipsa prefuerit, duximus concedendas, In cuius rei euidenciam Sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud grena, Anno domini M^o. CCC^o, IX^o, die assumptionis sancte marie.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1632.

1309 d. 16—21 Aug.

Wernamo.

PHILIP BJÖRNSSONS testamentariska anordning af 50 mark penningar till Sigtuna kloster och en lika summa, att dela mellan andra kloster, kyrkor, hospital och fattiga, hvarföre jord i Grunsö pantsättes.

A. 3. d.

In nomine patris et ffiglii et spiritus sancti amen Ego PHILIPPUS BJORNSSON sanus mente et corpore Testamentum meum condono et ordino per hunc modum, In primis meam eligo sepulturam apud ffratres predicatorum sicutunie quibus lego quinquaginta marcas denariorum, Item quinquaginta marcas denar. deputo ad distribuendum monasteriis ecclesiis hospitalibus et pauperibus per executores huius testamenti mej pro solucione autem predictorum denariorum deputo vnam marcam terre sitam in grunsø Redimendam per heredes meos inffra annum a tempore obitus mei computendam. (!) executores huius testamenti mei ffacio sigmundum kiældærsson, Magnum nielsson, philippum michaelis filium et dominum laurencium sacerdotem in Walby, In cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, et sigilla sigmundi kiældærsson magni nielsson philippi michaelis ffiglio (!) presentibus apponi peto, Actum apud værnæmo anno domini M^o CCC^o IX^o inffra octauam assumptionis beate marie.

Sigillen bortfallna från de 4 ur brefvet klippta remsorna.